

Item¹⁾ quocienscumque oportunum fuerit, abbatissa pro tempore existens et puelle debent cum consilio sex ebdomadarioꝝ siue canonicorū concorditer eligere vnum probum, abilem et prudentem virum in advocatum debito (*fol. 212 II.*) iuramento, quod velit fideliter preesse ecclesie et domine abbatisse, puellis et presbyteris et personis, et obseruancias et consuetudines antiquas ecclesie obseruare et presertim omni anno computum facere domine abbatisse et puellis in presencia ebdomadarioꝝ siue canonicorū et amicorū ecclesie de receptis et expositis.

Item consuetudo est, quod, quando domina abbatissa et officiius ibidem in Kouffunge(n) volunt coniunctim siue diuisim cellarium, pistorem aut cocum conducere, idem conductus debet facere promissum manuale, quod velit esse fidelis ecclesie sancte crucis, puellis et sex ebdomadarijs ibidem et eisdem panem, ceruisiam, carnes et [per]²⁾ alia per ipsos ex parte ecclesie et abbatisse³⁾ danda ministrare de tempore in tempus, secundum quod cuilibet eorum pertinet.

Item simile promissum fiat per magistrum colonum, *den habeman*, et custodem siluarum tempore conductionis eorundem.

(In sequenti fasciculo materia incoepa finiatur.)

Das Stift Goldenkron zu Anfang des 30jährigen Krieges.

Aus einer handschriftlichen Klosterchronik mitgetheilt von Ferd. Tadra.

Auf S. 263 des X. Jahrganges dieser Zeitschrift geschieht eine Erwähnung des im Jahre 1620 stattgefundenen Ueberfalles des Stiftes Goldenkron durch Mannsfeldische Truppen. Da über diese Begebenheit bei den Schriftstellern widersprechende und nicht begründete Angaben sich vorfinden, so z. B. dass dabei 16 Mönche ermordet wurden (während das Kloster zu jener Zeit kaum mehr als 6 Mönche zählte), so dürfte eine eingehende Beschreibung des Ueberfalles und der dabei stattgefundenen Plünderung des Klosters, wie sie von einem Augenzeugen gegeben wurde, nicht ohne Interesse sein.

Unter den nach Aufhebung des Goldenkroner Klosters an die k. k. Universitäts-Bibliothek zu Prag abgegebenen Handschriften und Urkunden befindet sich auch eine handschriftliche Klosterchronik (unter dem Titel: „*Descriptio foundationis, progressus casuumque tristium regii monasterii B. M. V. de S. Corona ord.*

¹⁾ In orig. nota marg. *De aduocato eligendo.*

²⁾ Vel *Par*? In orig. enim solum exstat *p* cum signo abbreviationis; aut *per* ob concurrentiam cum: *per ipsos* omittendum.

³⁾ In orig. *Abbatissa.*

Cisterc.“ und mit der Sign. II. D. 42) von einem ungenannten Mönche dieses Klosters in der zweiten Hälfte des 17. Jahrhunderts geschrieben. Dieselbe ist mit Benützung der im Kloster befindlichen Urkunden und älteren Geschichtswerke, so namentlich einer öfter genannten Geschichte des Klosters Goldenkron von einem Mönche Namens Paulus (aus der ersten Hälfte des 17. Jahrhunderts), in ihren letzten Partien nach Berichten von Augenzeugen verfasst und deshalb für die Geschichte von Goldenkron nicht ohne Bedeutung. Leider ist unsere Abschrift der Chronik nicht ganz und theilweise ist sie so beschädigt, dass einzelne Partien nicht mehr gelesen werden können. Der Ueberfall des Klosters am Frohnleichnamstage (18. Juni) 1620 wird in der Chronik nach den Aussagen eines Clerikers erzählt, der sich während der Plünderung des Klosters versteckt hatte und nach Abzug des Feindes der erste die Klosterräume wieder betrat. Es ist somit an der vollkommenen Glaubwürdigkeit des Berichtes nicht im mindesten zu zweifeln.

Was nun den Ueberfall selbst und die unmittelbar vorangehenden Begebenheiten auf dem Kriegsschauplatze betrifft, so ist darüber in Kürze folgendes zu erwähnen. Das Heer der aufständischen böhmischen Stände unter Anhalt und Mannsfeld stand im Frühjahr des Jahres 1620 bei Eggenberg in Niederösterreich. Hier stiessen zum böhmischen Heere auch die von Bethlen Gabor zugesickten ungarischen Hilfstruppen, von denen etwa 1000 Reiter nebst einer entsprechenden Anzahl Fussvolks Mannsfeld zugetheilt wurden. Als die Ereignisse in Böhmen, namentlich die Fortschritte des kaiserlichen Obersten Marradas die Gegenwart einer grösseren Abtheilung des ständischen Heeres in Böhmen nothwendig machten, wurde Mannsfeld mit seiner Armee aus Oesterreich zurückberufen. Bei derselben befanden sich nun auch die ihm zugetheilten ungarischen Hilfstruppen.¹⁾ Anfang Juni trat Mannsfeld seinen Zug nach Böhmen an; einige Tage hielt er sich vor Weitra auf, indem er sich dieser von einer Anzahl kaiserlicher Truppen besetzten Stadt bemächtigen wollte, allein da der Commandant Miller sich tapfer vertheidigte, zog Mannsfeld weiter nach Böhmen. Und da nun geschah es, dass eine Abtheilung Ungarn, geführt von einem ehemaligen Klosterbeamten,²⁾ am Frohnleichnamstage vor Goldenkron erschien,

¹⁾ Gindely, Gesch. d. 30jähr. Krieges. Bd. III. S. 131—132.

²⁾ Es war dies Nicolaus Theodor von Eckerstein, der unter Valentin, dem frühern Abte von Goldenkron, praefectus war, von diesem das Klosterdorf Rajow erhielt und für sich und seine Nachkommen von allen Abgaben und Lasten befreit wurde. Der Abt Georg Huber machte später die ganze Schenkung rückgängig und Eckerstein wurde gegen eine Entschädigungssumme entfernt. Dafür rächte sich nun Eckerstein, indem er die Ungarn zur Plünderung des Klosters führte. (Nach derselben Klosterchronik.)

während eben der Abt Georg Huber an der Spitze der Gläubigen die feierliche Procession zu führen sich anschickte. Dem Abte sowie den übrigen Geistlichen gelang es glücklich zu entkommen; ein Cleriker, Namens Johann Wagneregk, flüchtete auf den Boden, hielt sich daselbst während der Plünderung des Klosters versteckt und rettete so sein Leben. Dieser war es nun, der dem Verfasser der oben genannten Klosterchronik den Ueberfall beschrieb. Doch wir lassen den Wortlaut der Chronik selbst folgen und zwar — zum besseren Verständniss — seit dem Antritt des Abtes Georg Huber im Jahre 1616.

Georgius Huber huius nominis III., professus Alderspacii in Bavaria. Vir fuit scientia philosophica et theologica egregie excultus, prout eius scripta, quae Incolstadii a Rev. P. Gretschero exceperat, testantur, fuitque ultramodum liberalis et oeconomiae satis bonam curam habuit. Servavit in famulatio hoffmeisterum, camerarium Joachimum, sartorem, qui simul cerevisiarius scriba et factotum fuisse videtur, organistam, pistorem, cocum et puerum. Eius quaedam acta superius obiter attigi, caetera modo prosequar. Hic in monasterio suo priorem et magistrum novitiorum egit aliquandiu, deinde ob austeritatem abbatis illius loci Joannis Ditmayer fugam dedit et in aula caesaris pluribus annis capellanum egit, quod ex litteris ab Alderspacensi abbate ad ipsum datis et ex libro quodam S. Coronae dictionario 7 linguarum in 4^o sub lit. N. 12. cognoscitur, in quo ista sunt formalia: „Ex dono et liberalitate R. D. authoris habet M. F. Georgius Huberus sacellanus caesareus.“ Tandem mortuo abbate Joanne in Alderspach et Michaële electo ad archiepiscopum Pragensem a. 1613, ut ordini et suo monasterio reconciliari ipso mediante valeret, supplicavit et obtinuit; imo per hanc mediationem plusquam paterne ab abbate Michaele, sibi quondam subiecto novitio, ut ad paternos rediret amplexus, rogatus fuit, quod ipsum fecisse magna est opinio. Nam a. 1615 saltem post mensem Martium (quia tunc Fr. Jacobus Algair priorem S. Coronae egit) inde S. Coronam in priorem expetitus fuit, quod ille ipsemet in cella prioris in orbiculo fenestrae adamante adnotasse videtur his verbis: R. P. Georgius Huber ex Alderspach S. Coronae postulatus prior.

Georgius itaque exauthorato Valentino, postquam prius a generali ob fugam Alderspachio legitimatus fuisset, 12. vel 13. Martii a. 1616 ab eodem et quatuor sibi assistentibus supra memoratis abbatibus in S. Corona abbas (recommendantē etiam ipsum archiepiscopo Pragensi, ut ipse Georgius ad illum in suis datis 1616 in Majo aut Junio meminit) electus fuit, 16. Altovadi confirmationem suae electionis a generali accepit et ibidem die sequente 17. Martii ab eodem benedictionem et insignia abbatialis accepit. An legitimus pastor ovile hoc domini subierit, iam prius

ante me dubitavit P. Paulus in sua historia, qui plura a senioribus quam ego de Hubero audierat; nam pro amovendo Valentino et sui in locum eius (per commendationem domini archiepiscopi Pragensis) substitutione strenue laborasse. Sed justus iudex universorum et patiens redditor altissima mensura, qua ille mensus fuerat Valentino, eadem et ei remensus est; nam cum pudore post fere septennium, uti audiemus, resignare abbatiam compulsus fuit. Hic plane diversum a Valentini generoso animo genium habuit amabatque magis versari inter plebeiae et abiectae quam dignioris conditionis homines, ex quo non solum apud alios sibi creavit vilipendium, sed et frequentia tam a d. visitatore (etiam mox primo regiminis sui anno) quam a d. supremo cancellario regio procuravit capitula cum exhortatione ad vitam sobriam et reputationem suae personae convenientem servandam, quibus ille fragilitatem obtendebat humanam et mox anno secundo praelationis ad cedendum abbatiae paratum se offerebat. Nec ipsi factam fuisse injuriam, infra docebitur. Praefuit tamen in quibusdam huic monasterio sollicite et utiliter, ut suo loco videbitur. Quia vero sub eius regimine quaedam notabilia acciderunt, ea quantum res patietur ordine enarrare aggredior.

Post suam electionem brevi 1. Maji confirmationem a S. Maiestate Caes. Matthia procurante d. archiepiscopo et domino visitatore obtinuit Georgius, quam de manibus regii cancellarii in persona (uti ex litteris eius ad ipsum datis colligitur) cum insigni exhortatione cognoscitur tulisse; timide tamen regimen auspicatus, timuit, ne mox per fautores Valentini in aula caes. exauthoraretur, sed consolationem a secretario cancellariae regiae 29. Augusti accepit, nihil esse, quod a patronis Valentini metuat, quin imo ipsum Valentinum capiendum fuisse, ni regno tam cito excessisset.

Primo anno sui regiminis initio mensis Novembris a. 1616 unum fratrem huius monasterii professum, existimo Augustinum Feuchtner ad studia Pragam, licet difficulter, a d. visitatore ad hoc persuasus, misit, qui cum caeteris nostri ordinis in convictu apud Jesuitas mansit, pro cuius victu 60 sexagenas Misnens. solvit. Brevi autem numerus religiosorum in S. Corona usque ad quatuor decrevit, nam a. 1617 vel circiter tres professi ex monasterio clam aufugerunt remansitque abbas tantum cum residuis quatuor, quia hospites dimiserat. Tandem a. 1617. XI. Calend. Novembris primus Fr. Joannes Wagneregk (quem superstitem novi) sub illo fecit professionem, alter Bernardus Rieder 1623, 20. Augusti cum tertio Christophoro Würtzer; plures autem ad ordinem Georgius non suscepit. Quinam autem profugi fuerint et quid de iis factum, infra dicetur.

Interea aedificia nova, quae Valentinus fere a fundamentis,

nunc est braxatorium, restauraverat, fenestris et portis ornavit Georgius anno 1617, 1618 et 1623. Similiter sacellum abbatiale intrinsece renovari fecit, altare novum in eo et quatuor aut quinque effigies S. Georgii in eodem sacello hinc inde pingi curavit, in caeteris autem aedificiis nullum vestigium reliquit.

Initio regiminis eius capitaneus Crumloviensis Turnowsky aliquid tentandum ratus (quod sub Valentino ausus non fuerat) 10. Julii a. 1616 petiit a subditis monasterii vecturas pro devehendis frumentis ad novam villam ex causa, quod pascuis in silvis caesareis utantur, credo autem d. Georgium huic lepidò postulato minime consensisse; nam mox capitaneus exasperator factus eodem anno ipsum ad cameram regiam detulit, quod restantias contributionum (quas antecessor illius per totum suum regimen annorum septem non deposuerit) solvere detrectet. Super quo ille a camera monitus supplici libello se purgavit optime et totum negotium in caput quaestoris eius coniecit, dicens, adfuisse illum in resignatione Valentini ad conscribenda omnia a capitaneo suo missum, eccur tunc nullam mentiorèm tantae restantiae fecerit et Valentinum non commonuerit? Mansitque deinceps Georgius ab hac exactione quietus. Videtur, tempore inventurae quaestor quietantias desuper in monasterio malitiose subtraxisse aut a Valentino ad vexandum Georgium easdem recepisse.

Anno 1618 die 14. Maii celebratum fuit Capitulum generale Cistercii.

Eodem anno 23. Maii (vigilia fuit ascensionis domini) erupit rebellio Bohemica, qua die Jaroslaus Martinicz et Guilielmus Slawata cum Philippo Fabricio secretario ex fenestris cancellariae Bohemicae Pragae fuerunt ejecti et statim a rebellibus statibus contra caesarem expeditus exercitus, ideo caesar Matthias ad tuendum suum dominium Crumloviense et vicina monasteria capitaneum Filtzer cum uno vexillo militum expedit Crumlovium et datis 23. Junii ad abbatem Georgium Viennae litteris omnem possibilem assistentiam ipsum jussit praebere dicto capitaneo Filtzero et contributiones atque bernas omnes non Pragam sed capitaneo domini Crumloviensis extradere. Sed rebelles brevi cum exercitu ad partes istas venientes Filtzerum Crumlovio discedere compulerunt, Budvicium gravi obsidione cinxerunt et in vicinia ubique magna damna fecerunt. Soli dominae Helenae Wogirzianae natae de Labaunia in bono Hrzimov damnum pro 4243 sexagenis ab iis tunc illatum fuisse, in archivo nostro reperio. Sed abbas Georgius, priusquam a caesare monitus esset, advertens periculum 20. Junii omnem thesaurum ecclesiae ad locum securum, Adamo murario ex Rajow et Joachimo sartori suo tantum cognitum, deposuit, prout ex clenodiorum specificatione manu eius propria scripta cognoscitur, quam hic adiungo:

Ob justum belli et tumultuantis ex face populi metum Fr. Georgius Huber ex Alderspach, huius S. Coronae monasterii humilis et indignus abbas, 20. Junii a. d. 1618 hanc sacram suppellectilem in manus Dei et sinum Divae Matris Virginis Mariae et Omnium Sanctorum pie deposuit, sciens, quod potens est Deus, depositum hoc servare in illum diem, ubi lux serenior ipso dante nobis illuxerit. Sunt autem in substantia:

Casulae auro pictae cum stolla et manipulis	3
Casulae ex argento cum stollis et manipulis	3
Ex holoserico nigro cum aurea cruce	1
Violacei coloris cum necessariis	1
Dalmaticae pro ministris ex auro	2
Ex argento item singulae cum singulis stollis et manipulis	2
Pluviale ex auro	1
Ex holoserico nigro itidem cum dalmaticis duabus	1
Calices cum patenis singulis	10
Thuribulum argenteum cum navicula	1
Ureolorum cum pelvicula paria	3
Cochlearia argentea parva	2
Crux argentea deaurata	1
Pacem cum reliquiis	1
Infulae 5, cum baculo tunicellis 2, Chyrotecis par.	3
Imago B Virginis Mariae argentea	1
Item S. Bernardi	1
Casula cum stolla et manipulo ex puro auro ab abbate Alderspacensi monasterio donata	1
Monstrantia nova ex argento artificiosissima	1
Item ex Czernicz deaurata cum ss. sacramento.	
Ornamenta altaris varia, auro, argento, filoserico picta, affabre facta.	
Catenula argentea deaurata cum crucula	1
Annuli aurei lapidibus ornati	2
Annuli ex argento	2
Bursa, Corporale, cum uno antependio, velis, calicum peplo auro texto, pallium pro ciborio etc.	
Tela munda ad 75 ulnas.	

Item culter, cochlear, fiscinulae, dentiscalpium ex argento deauratum. 1 von Goldt gewürckhter, 1 von rotten Taffet Schlayr, so uber das Altar sambt anderen zweyen grüenen undt goldt-farben, auch Türkischen Arbeit.

Horum omnium notitiam habet Adam Maurer ex Rojaw et Joachimus sartor meus. Et NB. in ista specificatione legitur fuisse huic monasterio a Rev^{mo} d. abbate Alderspacensi casulam donatam ex puro auro, quod mirum.

Interea plerique religiosi partim sua sponte, partim decreto

rebellium statuum Praga discesserant, inter quos etiam nostri ordinis studentes, ut Altovadi habetur annotatum. Caesar vero Matthias 31. Julii per publicas litteras status Bohemicos fideles ad perseverantiam fuit adhortatus, rebellibus vero intra quatuordecim dies arma ponere mandavit cum interminatione, si non fecerint, tanquam contra rebelles se processurum. Sed oleum et operam perdidit Matthias. Rebelles non tantum posuerunt verum contributionibus militem scripserunt imo quintum virum ad bellum contra caesarem ab incolis regni petierunt. Hinc 17. Septembris caesar ad sibi fideles (inter eos etiam ad abbatem S. Coronae Georgium) praefati mandati (sic) misit cum adjuncto, ne noviter a statibus Bohemicis institutas contributiones a se aut subditis suis persolvant, neque virum quintum ad armilustrium iis ullatenus submittant. Abbati vero Georgio specialiter injunxit, ut homines suos Joanni Aulner, capitaneo Budvicii moranti in auxilium, ubicunque ille pro bono caesaris opus haberet, submittat et eidem consvetas contributiones juxta anni 1615 comitia ordinatas respectu quietantiarum deponat. Et quia tam caesariani quam rebellium parthiae circa Budviciam praedabundi vagabantur, ut suo monasterio et eius possessionibus nec non et Cajovio aliqualem procuraret securitatem Georgius, salvam (ut dicunt) guardiam a Carolo Buquoy, campi mareschalo, Budvicii 20. Novembris existente impetravit.

Antequam autem residua rebellium tumultuantium (quantum hoc monasterium concernit) descripsero, pauca de abbate Georgio ad haec tempora spectantia attingam.

Anno 1619 in Ianuario venationem ille instituit penes Czernicium, canibus a quopiam opilione exiguo pretio mutuatis. Eodem anno 8. Novembris praescripsit d. Georgius certas leges monasterii subditis, juxta quas se gerere deberent. Eodem anno valde frequens fuit Crumlovii, ibidem venam aperuit et a 10. Martii usque ad 14^{um} mansit expenditque in culinam 1 fl. 20 kr., in cerevisiam 40 kr., in vini autem 108 sextarios 19 fl. 40 kr. apud quendam Klasstersky. Alio tempore in cura ibidem fuit moratus medicum exspectans, ubi tunc et alias consumpsit et a potiori pro vino expendit prope centum imperiales, prouti in suis registris annotavit.

Initio anni 1620 Altovadi in funere d. abbatis Pauli Farsenon praesens fuit et cum d. abbate Hilariensi officium funerale defuncto persolvit.

In Bohemia tunc omnia plena barbarum erant, nam status rebelles a. 1619 Fridericum palatinum in regem spreto Ferdinando, quem ante biennium elegerant, assumpserunt, inde annus 1620 praecedentibus factus fuit periculosior. Hinc etiam generalis militiae caesareae, qui Budvicii morabatur, ex tota vicinia

homines, quotquot arma tractare apti essent, conscribi et consignari jussit misitque simile mandatum per Paulum Michnam secretarium caesareum Georgio abbati 12. Martii jubens, ut omnes monasterii subditos armis gerendis idoneos armilustret, cuius generis arma ferre quivis posset, conscribat et sibi cum transsumpto huius conscriptionis suum sentire transmittat, quis capitaneus aut alius minor officialis ipsis praefici posset. Quae quidem conscriptio facta fuit, sed an ipsi homines omnes alicubi sic applicati fuerint, est incertum. Fortunavit tamen Deus justus ecclesiae suae arma et Ferdinando de rebellibus nobilem in Albo Monte prope Pragam sub directione ducis Bavariae militiae imperialis et Buquoy caesarianae generalibus praefectis concessit victoriam, idque praefato anno 1620 die 8. Novembris.

Priusquam autem haec contigissent, Georgius abbas, nihil tam subitum hostile exspectans, eodem anno 1620 die 18. Iunii ad festum, quod Venerabili sacramento ecclesia summum honorem exhibere consuevit, omnem thesaurum sui monasterii pro exornanda huius solemnitatis processione exposuit et iam indutus pontificalibus in procinctu ad aram iturus stabat, dum ecce subito clamor oritur, hostem adesse. Qua voce abbas et omnes circumstantes religiosi perterriti, abiectis vix tumultuarie paramentis, aliqui autem iis seminudi, qua quisque poterat diffugerunt, quidam frater junior Joannes Wagneregk, ordinatus pro pedo abbatiali minister, ex consternatione una cum pedo sub tectum veteris ambitus fugit et ibi vitam cum pastorali salvavit. Interea hostes (erant illi Ungari rebellium auxiliares) instigante et ducem se praebente Nicolao de Eckerstein, quondam hic Valentini abbatis praefecto, ecclesiam, conventum et abbatiam irruentes sacram et profanam substantiam omnem effractis aut dissectis omnibus fere portis et cistis fenestrisque comminutis (prouti usque modo vestigia tantae insolentiae testantur) diripuerunt, in abbatia vestimenta omnia, pecuniae ultra 700 sexagenas, equos e stabulo decem abstulerunt et pistorem, ut pecuniam proderet, prius totum . . . (sic) tandem in sala inferiori decapitaverunt, caeteros vero servos gravissime etiam lethaliter vulneraverunt. Postmodum infulas et vestes sacras induti cum jubilo, tanquam re bene gesta aut victores capta praeda discesserunt. Sed necdum satiata erat nequissimorum malitia, in ambitu similiter egerunt in parochiis et pagis monasterii, quos totaliter expilantes etiam in iis duos sacerdotes delitescentes internecone dederunt. Abbas, religiosi et quidam de familia monasterii per Dei gratiam incolumes evaserunt. Supramemoratus fr. Johannes (quo narrante haec didici), quia primus abitum hostis observavit, primus in publicum monasterii prodiit et repertum sine capite pistorem in horto conventus non admodum profunde prope ossarium per familiam sepeliri curavit.

Abbas, qui primum per aquam ad silvam vicinam se recepit, sed postmodum nescio qua fortuna usus usque Crumlovium pervenit (ubi in hac fuga, ut ipsemet annotavit 144 fl. 20 kr. consumpsit) et caeteri religiosi paulo longius fugientes tardius creduntur rediisse. Porro Hungari non tantum ecclesiam et abbatiam evacuarunt, sed et cellas conventuales, ex quibus vestimenta et lectos omnes abstulerunt, praeter cellam saepius dicti fratris Johannis. Hic nanque cum pedo fugiens in cella stetit et in cistam, quam sat longam habuit, rebus quotquot poterat sine ordine iniectis ipsam sub inum lecti detrusit et turbato lecti stramine relictisque toga veterrima de clavo pendula et porta cellae aperta, ac si expilatio peracta esset, ad tutum se recipere properavit et ita substantiam suam servavit. Fuitque tunc tam miserabilis status monasterii (quemadmodum Georgius abbas in libello supplicii ad caesarem recenset), ut nec missa in monasterio celebrari defectu altarium et sacrae suppellectilis potuerit. Sed nequissimi praedones huius et aliorum scelerum meritas postmodum in Albo Monte victi, caesi et ad Moldavam praecipitati dederunt poenas.

Est ad manus consignatio ablatae per latrones substantiae Georgii abbatis manu idiomate germanico conscripta, quae in latinum versa sic sonat:

„Consignatio inexplicabilis damni monasterio S. Coronae (per eius a statibus Bohemicis spoliationem) 1620, 18. Iunii illati“

Primo abstulerunt duos integros ornatus, aureum unum, alterum argenteum. Item communiores ex materiis et ligaturis cum appertinentibus septem.

Calices cum potenis novem.

Monstrantias argenteas, quarum una erat deaurata, altera vero ad ecclesiam Czernicensem pertinebat, duas, ex quarum illa, quae in altari stabat, corpus Christi ad terram sacrilege proiecerunt, ut abbas Georgius in suo ad caesarem libello memorat.

Thuribulum cum navicula argenteum artificiosissimi laboris.

Cruces argenteas inauratas duas.

Pacificalia argentea tria.

Ampullarum cum suis pelvibus paria tria, quarum unum deauratum.

Ciborium inauratum hostiis (addit P. Paulus) in terram dispersis.

Pixidem cum sacris liquoribus.

Imaginem B. M. V. argenteam.

Aliam S. Bernardi argenteam.

Tabulam argenteam inauratam.

Infulas quinque.

Aureos anulos cum lapidibus preciosis duos. Item alios argenteos inauratos duos.

Chirothecarum sericearum paria 5 cum caetero pontificali apparatu.

Pretiosa ex auro vela quinque.

Omnem reliquum altarium et calicum ornatum cum dejectione duorum egregiorum altarium. In abbacia vestimenta omnia, telam, pelles, pulvinaria, pecuniae ultra 700 sexagenas, denique quidquid melioris notae reperiri poterat, confractis prius portis, cistis etiam apertis et fenestris fere omnibus, cum equis decem abstulerunt. Similiter egerunt in capella domestica et quinque parochiis monasterio incorporatis.

Hucusque consignatio.

Ex ablatis nihil recepit monasterium praeter duas dalmaticas nigras ex holoserico cum fimbriis aureis, istas namque rustici in silva repertas ad monasterium attulerunt, an praedones eas amiserint vel ob vilitatem abjecerint, est incertum. Unus ex calicibus postmodum Wratislaviae apud haereticum mercatorem 80 imperialibus postabat, quem casu adveniens d. abbas Lubnensis, cum egregie lapidibus ornatum vidisset et ex inscriptione S. Coronae fuisse cognovisset, sine mora sed non nisi 100 imperialibus redemit; eum usque modo Lubnae servatum vidit et manibus tractavit P. Engelbertus Preysner huius loci professus paucis ab hinc annis.

Georgius abbas igitur omnibus spoliatus mox insequente 24. Iunii ad Caes. Majestatem de sui monasterii infortunio per iam memoratum libellum relationem fecit et pro auxilio charitativo humillime supplicavit, obtinueritne aliquid, compertum non habeo.

Eodem tempore omnem hanc rebellium in S. Corona exercitam saevitiam perscripsit d. archiepiscopo Pragensi Johanni Lohelio, prout fragmentum copiae litterarum testatur. Et quia in ea plures infortunati casus abbatis recensentur et pericula, merito illam subijcio, quae sic habet:

„Illustrissime Princeps x. Liceat mihi cum apostolo exclamare, quis me liberabit de corpore mortis huius? Ter siquidem virgis morte acerbioribus caesus, ter pro religione et S. Caes. M^{to} naufragium pertuli; primo enim impetu et furia ante biennium a duodecim sclopetariis prehensus, ab excubiarum Turnensium praefecto stricto gladio petitus; dein anno ab hinc uno ad aquas, ut vocant, Salvias, ubi sanitatis recuperandae causa aliquamdiu morabar, a Rosenbergenibus rebellibus quaesitus, intempesta nocte corpusculo viribus fracto fugere compulsus fui; tertio proximo sacratissimi altaris sacramento solenni, cum ad

solemnia solemniter celebranda me accingerem, subito et insperato nemine advertente aut prohibente statuum Bohemicorum milites portas vi confringunt, ad templum concito gradu (ductore nequissimo Valentini apostatae — ita Schönbekium vocat — quondam hic abbatis praefecto) currunt, manus sacrilegas sacratissimo Christi corpori injiciunt, ad terram (o malum!) pedibus conculcandum dejiciunt, sacra profanant, altaria minuunt etc.“

Ita praefatae copiae pars, quae superest.

Ad Rev. autem P. Generalem anno 1623, 2. Martii in sua resignatione scripsit: „Ad quas miserias monasterium hoc Coronense devenerit, quantumque a milite Mansfeldio et Bohemo spoliatum et ego multoties magna inimicorum industria ad mortem quaesitus ter Moldavam transiens, in silvis latitans, Dei beneficio manus ipsorum evaserim, nimis longum esset scribere etc.“

Rursum anno sequente et iterum a. 1622, 21. Iunii supplicavit ad principem Lichtenstein, qui rebellium bona confiscabat, quatenus apud caesarem pro monasterio S. Coronae intercederet, ut intuitu tanti damni monasterio illati bonum Korosek rebellis Wilhelmi Kotz ipsi conferretur. Sed responsum a principe accepit, declaratoriam prius contra Kotz esse faciendam, post hanc paratum se esse subvenire abbati, licere tamen ipsi, apud S. Majestatem rem urgere. An fecerit non constat; Budvicenses tamen propter suam fidelitatem bonum istud acceperunt et post aliquod tempus principi Eggenberg cum parte Kremsii vendiderunt.

Cum itaque Georgio nil nisi pastorale pedum et supradictae receptae dalmaticae remansissent, alium mox apparatus pro ecclesia (forte ex pecunia, quam Crumlovii apud civitatem in censu videlicet 1000 sexag. habebat) procurare fuit compulsus, eodemque anno expilationis elegantem pixidem pro sacris liquoribus, quam modo habemus, fieri fecit et paulo post duas infulas, pluviale nigrum et aliquot casulas adjunxit; nam brevi post expilationem monasterii, nempe in mense Septembri, Passavium accepto libero passu a d. generali de Marradas profectus fuit et procul dubio etiam Alderspachium visitavit, in quo itinere necessaria pro sacris vestimentis constituit et comparavit.

Eodem anno interfuit infulationi d. Gangolfi abbatis Altovadensis; profectus fuit postmodum Altovado Hilariam et Lintzium, expensas fecit 107 fl. probabiliter aliqua necessaria rursum ibi coëmendo.

Anno 1621 ad finem Ianuarii fuit d. archiepiscopus Pragensis Crumlovii et Budvicii, cui D. Georgius in utroque loco ad servitia se stitit.

In Februario emit pro ecclesia novemdecim imagines in cupro pictas a potiori apostolorum et angelorum pro 7 florenis.

Eodem mense fuit reconciliata ecclesia Chwalschinensis — ut existimo — per d. Georgium, qui in hac solemnitate ibidem exposuisse se 4 fl. annotavit.

Eodem in abbatia bibliothecam instituit, Baronii Annales, Biblia Hebraica, latina, Opera de Valentia Pererii et alios multos libros egregios comparavit.

Eodem anno supplicavit Georgius abbas ad Caes. M^{tem} Ferdinandum II. pro renovatione privilegii super telonium ex ponte Rajoviensi, asserens, sigillum a praecedenti privilegio in nupera monasterii expilatione per rebellium milites avulsum, cum tamen credibilis sit, in camera regia ex mandato caesaris, dum hoc telonium a. 1603 cassatum fuit, id factum fuisse. Supplicavit item 2^{do}, ut ei ex arce Crumloviensi 50 urnae vini annue extraerentur et 10 magnae ferae; 3^o petiit molas in Langbruck et Rajovii ut monasterio dimittantur; 4^o pro faciliori sustentatione fratrum rogavit pro 40 cupis salis annis singulis ex salina caesarea monasterio porrigendis. Sed nihil impetravit praeter renovationem et confirmationem privilegii pro ponte, quam a. 1622, 8. Ianuarii obtinuit, licet in persona Viennae fuerit et ibidem 161 fl. expenderit, quin imo ipsum originale confirmationis successori exsolvendum reliquit. Utinam autem etiam recuperandis bonis, quae per Rosenses abstracta monasterio fuerant, tempestivus ibi laborasset, nam originale foundationis in manibus habuit, ut brevi patebit, cum in aula notus fuerit et patronos in ea magnos habuerit, facile videbatur opus, saltem aliquid impetrandi. Verum quidem est, quod mors Matthiae caesaris et tumultus bellici plurimum obstiterint et post durior reddita fuerit conditio. Anno enim hoc eodem 1622, 23. Decembris caesar Ferdinandus II. principi de Eggenberg dominium Crumloviense cum immixtis bonis S. Coronae donavit, de quo forsitan a bono ex aula amico, antequam factum fuisset, monitus Georgius contra movere aliquid disponebat et in hunc finem litteras foundationis vidimari Budvicii 1. Novembris contractumque, quo Petrus de Rosenberg caesari Rudolpho dominium Crumloviense vendiderat, ex tabulis regni 22. Novembris sibi extradi curavit; sed tarde ista facta sunt et secuta brevi Georgii resignatio rem intentatam reliquit. Porro resignatio dicti d. Georgii, prout acta archivi testantur, ita se habet.

* * *

Die uns vorliegende Abschrift der Goldenkroner Chronik bringt noch einige Data der Untersuchung, in Folge welcher der Abt Georg Huber zur Resignation gezwungen wurde, so namentlich die Beschuldigungen, die von einigen aus dem Kloster ent-

wichenen Mönchen gegen ihn erhoben wurden, und bricht dann plötzlich ab (das weitere ist nämlich weggerissen). Aus einem beigefügten Verzeichnis des Klosterarchivs ersehen wir, dass die Aebte von Wilhering und Hohenfurt die Untersuchung gegen den Abt Georg Huber führten („Generalis ordinis commisit abbatibus Hilariensi et Altovadensi S. Coronam visitandi, abbatem corrigendi et si opus sit deponendi“). Abt Huber wartete nicht auf den Abschluss der Untersuchung, sondern resignirte auf seine Würde am 5. Februar 1623.

Descriptio

tinis Obsidum Religiosorum Monasterii Ossecensis a Militibus Borussiae abductorum
In bello Septennali Anno 1759, die 18. Novembris.

Herausgegeben und mit Anmerkungen begleitet von Athanas Wolf, O. C.

Vorbemerkungen des Herausgebers.

Unter obigem Titel hat P. Stephan Schenk, Professor des Stiftes Ossegg, jene Schicksale beschrieben, welche er mit elf Mitbrüdern in mehr als dreijähriger, preussischer Haft (18. Nov. 1759 bis 1. April 1763) erlitten. Indem ich diese tagebuchartigen Memoiren, welche der Verfasser theilweise aus früheren Notizen, theilweise aus dem Gedächtniss zusammengestellt, der Oeffentlichkeit übergebe, bin ich von der Ueberzeugung geleitet, dass diese Publication auch in weiteren Kreisen Anklang finden werde. Der Gegenstand an und für sich ist nicht bloss für den Ordensbruder, sondern auch für den Geschichtsschreiber von Interesse, da hie und da grell beleuchtende Streiflichter auf damalige Verhältnisse geworfen werden. Der interessante Stoff erscheint in ebenso anziehender Form; die Darstellung ist fern von dem trockenen Chronikenstile, sie ist fliegend und vermeidet jede langathmige Breite.

Dies glaubte ich vorausschicken zu müssen, um die Publication der Hs. zu rechtfertigen, obwohl sich dieselbe durch sich selbst rechtfertigen würde. Für diejenigen verehrlichen Leser nun, welche mit der Geschichte des Stiftes Ossegg nicht näher vertraut sind, sei es mir erlaubt, einige geschichtliche Bemerkungen folgen zu lassen, welche das Bild, das P. Schenk von den Drangsalen Ossegg's im siebenjährigen Kriege entworfen, vervollständigen mögen.

Die feindliche Invasion gegen Ossegg, welche der Verf. nachstehend berichtet, war weder die erste, noch die letzte während des siebenjährigen Krieges. Man kann sagen, dass die Regierungszeit des damaligen Abtes Cajetan Brezina von Birkenfeld (1749—1776) eine der stürmischsten war, da